

In festo Pentecostes, Evang. Joh. 14, 23—31.

Sermo Christi in hoc Evangelio, versatur in genere Causarum, partim

1. Didascalico. Suos namq; Salvator Discipulos docet & instruit

1. Αντιπεν-
κως, de u-
noquoq;
Homine
Ipsum tum

1. Amante: quodnam
hujus sit,

1. Studium, ex quo dignoscendus, Servabit sermonem meum, v. 23.

2. Præmi-
um, quo
afficiendus

1. Pater meus diligit Eum, v. 23.
2. Veniemus ad Eum, ibid.
3. Mansionem apud eum, & c. ib.

2. Odio habente: quod sermones suos non sit servaturus, v. 24.

2. Προκαταληπ-
κως, de summa Ser-
monis, quem audi-
ant, Sui, authorita-
te, ratione Personæ

1. Efficientis, Patris, qui ipsum miserit, v. 24.

2. Conservantis &
suo loco, v. 25. pro-
pagantis, Para-
cleti illius, qui sit

1. Spiritus Sanctus, v. 26.
2. A Patre mittendus, ib.
3. CHRISTI nomine, ibid.
4. Apostolus omnia docturus, ibid.

5. Suggesturusq; omnia quæ
ipsis dixerit, ibid.

2. Deliberativo siquidem DOMINUS suis dissuadet Discipulis τὸ τῆς καρδίας ταπεινωθῆναι propter Passionis suæ abitum ad Patrem in gloriam Argumentis petit

1. Afa-
cili,
idq; du-
plici ra-
tione,
propter

1. Pacem, quam ipsis discendens relinquat; non Mundi: sed suam illam (Philip. 4, 7.) in qua facile acquirere queant. Pacem, inquit, relinquo vobis, & c. Ne itaq; turbetur cor vestrum, v. 27.

2. Reditum (Resurrectionem) suum: Audistis, & c. & VENIO ad vos. Atqui juxta illud vulgatum. **Widertommen macht! Das ihr scheiden nicht acht.** & c.

2. Ab authoritate, seu majoritate (ut ita loquar) Patris sui: Si diligetis Me (ut quidem præ se fert, tristitia isthæc vestra, ob ea quæ de abitu meo dixi vobis) gauderetis utiq; & c. Quia Pater meus, major Me est (Is enim est mittens: Ego missus, legatus, servus ejus Esa. 53, 13. Apostolus Heb. 3, 1. Atqui servus non est major, & c. Joh. 13, 16.) v. 28.

3. A fine prædictionis, qui est Fides: Et nunc dixi vobis priusquam fiat (non ut tristitia vos afficiam) sed ut cum factum fuerit, credatis, v. 29.

4. A causa suæ bonitate atq; honestate: Patiar, (Hoc enim est, quod dicit: Posthac non multa loquar vobiscum. Venit enim Princeps mundi hujus)

1. Non quasi Diabolus in me quicquam habeat (als hett er einiger Sünden halben sug vnd recht zu mir) v. 30.

2. Sed ut cognoscat mundus quod diligo Patrem, & sicut mandatum, & c. v. 31.

Dominica